

nes cuiuslibet condempnati, et ipsas et bona condempnatorum
inquirere, salvis penis tertiorum in quibus condempnati incur-
sissent; et procedere contra personas condempnatas, si ad
terminum non solvissent secundum formam statutorum Ter-
5 gesti, et precipere eis sub pena et penis de solvendo dictas
condempnationes, que quidem pene de accipiendis sint in
discretione dominii. ¶ Preterea nulli condempnato parcent nec
condempnationem remittent sive remitti fatiant in parte nec
in toto, nec dare aliquem terminum debeant nec possint ipsi
10 domini potestates iudices vel rectores, nec etiam procurator
communis, alicui condempnato uni vel pluribus, nec cum eo vel
eis pepigere, sub pena // libr. par. quinquaginta pro potestate 181 A
et libr. vigintiquinque pro quolibet iudice vel rectore aut pro-
curatore vel notario procuratoris contrafatiente, et nichilo-
15 minus sub pena solvendi dictam condempnationem pecuniariam
de eorum propriis bonis; nec prolongare vel ¹⁾ facere prolun-
gari modo aliquo alicui condempnato aliquem terminum de
solvendo condempnationem in eum factam in parte vel in toto,
nec etiam donare alicui persone condempnate condempnationem
20 in eum factam, nec alteri persone pro eo in parte vel in toto,
nec etiam preponere predicta ad maius consilium, sub pena
ducentarum libr. par. pro quolibet potestate et centum libr. par.
pro quolibet iudice sive rectore et qualibet vice contrafacta,
et nichilominus talis preposita et que capta essent sint cassa
25 et vana. ¶ Et quod campanile ecclesie sancti Iusti nulli con-
dempnato vel alteri persone nomine ipsius dari possit in cu-
stodia modo aliquo vel causa, sub pena centum libr. par. pro
potestate et quinquaginta libr. pro quolibet iudice sive rectore
et sacramento, et nichilominus talia data si[nt] cassa et nullius
30 valoris. ¶ Insuper ordinamus quod, tempore quo fiunt statu-
tarii, ipsi statutarii nullam libertatem habeant de fatiendis vel
corrigendis statutum aliquod in remittendis condempnationes
aliquas alicui condempnato, de dando terminum in parte vel
in toto de aliqua condempnatione facta, nec predicta prepo-
35 nere nec // preponi facere in maiori consilio, sub pena libr. 181 B

¹⁾ Aggiunta sul rigo.